

Q. 367, 6 ^{bb}

B. m. I, 426
sensuum



De
NOTA CRESSA

PRAESIDE
M. STEPH. ANDREA

MIZLERO,
Creilsheimensi,

X 1904077

edifferet
WITTEBERGAE,

RESPONDENS
JO. CHRISTOPH. SENFFTIVS,
Wirsbergensis,

ad 16. d. Jan. A. C. clb lbc XCVII.

In Auditorio Minori.



WITTEBERGÆ,
Literis SCHULTZIANIS, Acad. Typogr.

117-



25 +



De

NOTA CRESSA

PRÆSIDII

M. STEPH. ANDREA

MILLER O.

Gelehrten

editeret

WITTEBERGAE

RESONDENS

IO. CHRISTOPH. SEIFFTIVS

Wirsperrgenus

ad id. d. Jan. A. C. cl. lxxvii

In Auditorio Minor.

WITTEBERGAE


Thomae SCHULTZII Acad. Typogr.

✱ 99



I. N. J.

§. I.

uam dissertationem de *Celia, Celia,*
& *Zybo* superiori tempore elaboratam propensi
in nos animi attigissent, amorisque sensu gustas-
sent, id negotii mihi datum esse facile præsumsi, ut vinum,
quod ætatem ferat, & dulcitudine os deliniat, in cathedram
apponerem. Neque occasio me destituit, veteribus varia
vina πολυφορώτα, nempe *Albana, Cæcuba, Marsica, Mas-*
siliensia, Alexandrina, Gazitica, Chia, Falerna, Seraptena, Pi-
cena, Tusca, Adriana & Afra &c. commendantibus. Sed ani-
mum curis distractum vicerunt alia argumenta, & huic in-
stituto moram & impedimentum intulerunt, ut tacitus con-
scientiæ officio fruerer, notamq; *Cressam Horatii* seligerem,
ac majus in ea studium ponerem. Quo factum est, ut collatis
sententiis denuo consilium mutarem, & mihi in mentem ve-
niret illud *Horatii* :

Quot capitum vivunt, totidem studiorum millia.

Qua de causa jam, uti spero, effectum dabo, ut nota *Cressa*
non pro Vini specie, sed pro felicitatis diei signo habeatur, obla-
taque occasione alia fides mea liberetur.

§. II. Quod dum exequi contendo, *Cretæ* laudes si-
ni & incolarum moribus quondam debitas breviter stri-
ctimque enarraturus, non Rhetoris personam suscipiam, sed
velut veritatis amantissimus in idoneis argumentis præliū

A 2

causæ

causa mea conlocabo. Hæc enim multa magnitudine ob-
stupefecit priscos. Eò spectat *Hom.* Il. 6. v. 10. seq. ubi cen-
tum urbes complexa esse fertur & ἐκατόμπολις audit. Con-
fer Il. N. ubi legitur, κρήτη ἐν εὐρείῃ & alibi κρητῶν γένε-
ἔυχουμαι εὐρείων. Nec huic laudi & gloriæ invidet *Virgi-*
lius Æn. III. v. 106.

Centum urbes habitant magnas, uberrima regna.

Paria refert *Horatius*: L. III. *Od.* XXVII. p. 56.

Quæ simul centum tetigit potentem

Oppidis Creten. &c.

Nec refragatur *Ovidius*. conspirat *Seneca Tragedus*:

Urbibus centum spatiosa Creta.

Florus vocat nobilem Insulam, & D. Gentium Doctor *Titum*
monet, ut κατὰ πόλιν, juxta *Erasmum* oppidatim
Presbyteros constituat. *Cont. Pomp. Mel.* L. II. c. VII. p. 96.

Verùm si tabulas veterum Geographicas evolvamus, & in-
sulæ tractum ditionemque rimemur, tot urbes nunquam
oculis usurpabimus. Nunc verò hæ urbes notæ sunt:

Agium, cujus sedes ydoniensi juncta, *Arcadia*, *Camara*, *Ca-*
mera, *Cytaum*, *sitia*, *Hierapetra*, *Gierapetra*, *Lappa*, *Learen-*
sis Urbs *Matium*, *Candia*, *Milopotamos*, olim *Pantomatrium*
Milopotamo, *Rbitymna*, *Retimo*, *subrita*, *suda* arx *la suda*. V.

Excellentissimi Dni JO. CHRISTOPH. WICHMANSHAU-
SENI, Patroni & Præceptoris nostri æternū Colendi Colleg.
Geograph. MSC. ubi ex Geographica non minus, quam ex
civilis ratione elegantia & jucunda de Insula nostra tradit.

§. III. In hujus rei difficultatem delapsus *Strabo*

Animum nunc huc celerem nunc dividit illuc,

In partesque rapit varias, perque omnia versat,

ap-

appetit cum *Græc.* *1. Rom. 5. 17. p. 55.* *1. Rom. 5. 17. p. 55.*
urbes deficiunt. Cùm enim alii eas igne aut regnandi libi-
dine absumptas, aut belli incendio deletas fuisse velint, histo-
ria non congruit temporum rationibus, & scriptor ille licet
domesticus suspensâ planè & occupatâ mente respondet,
v. L. X. de Situ Orbis T. II. p. 70.

§. IV. Quod si iudicium nostrum interponere liceat, for-
mâ figurâq; dicendi Poëtas præstantissimos impediri arbi-
tratur, quò minùs veritate exquisita sonent. Sententiæ
nostræ propugnator & penè patronus existit *Solinus*; Non
stipata, (de *Cretæ* loquens) *centum urbibus. Sicut perhi-*
bent, qui prodige lingua largiti sunt, sed magnis & ambitiosis
oppidis, quorum principatus est penes Gortynam, Cydoneam,
Gnoson, Therapnas, Cylifson. Conf. Schol. Didymi p. 81.

§. V. Alii *Cretam* appellant *μακάρων νῆσον*, quoniam
non è sponso appelletur, at ubertate agrorum & varietate
fructuum floreat. Huc spectat *Homerus*, cui *πείρα* appella-
tur, *Dionys.* v. 500, *ἐγγύθι δ' αὐτῆς κρήτη τιμήεσσα*
Διὸς μεγαλοῖο τιθήνη, πολλήτε λιπαρήτε καὶ εὐβοτῶ
Virg. l. c. *App. Ptol.* p. 181. *Solin.* c. XVII. *Plin.* L. XXV. 28.

§. VI. Quam felicitatem auxit venenatorum atque pe-
stiferorum animalium fuga. Nullus hic furit lupo, nulla
insidiatur vulpes, nullusque serpens è latibulis emergit &
nulla alitur noctua. Vid. *Clem. Alexand. Pedagog.* L. II. p.
805. c. b. *Plutarch.* T. II. op. p. 86. *Solin.* c. XI. pag. 30. præter-
ea *Tragion* fruticem (verba sunt *Plinii*) sola *Creta* insula gi-
gnit, therebintho similem & semine, quod contra sagitta-
rum ictus efficacissimum tradunt; L. XIII. c. XXI. p. 235.

§. VII. Nec incolarum laudes omittendæ sunt, Quamvis Christo non sacramentum dixerint, attamen haudquamquam concellerunt, ut in ipsis officia, quæ ratio de cœlo deducta efflagitat & præcipit, in ipsis desiderarentur. Igitur *Apolini* cultum exhibuerunt, *Mercurialia* celebrarunt, Remp. ordinarunt & latissimum virtutis campum omnibus patefecerunt vid. *Hom. hym. eis Apóλ.* p. 714. *Ros. Antiq. R. L. II. c. IX. p. 171. Athen. Deip. L. XIV. p. 639. & Bartbii Adv. L. III. p. 117.*

§. VIII. Cum duo sint, quibus Viri se à vulgo eximunt, & sublime petunt, sapientia pacis & virtus armorum; Creten- ses his artibus juventutem excolendam esse censuerunt. Pueri vim frigoris sustinuerunt, injurias cœli, laborumque tædia vicerunt, perinde ac si otium honestum laborum vicissitudinibus instaretur. Cùm saltatorium versarentur orbem, præluserunt virtuti, quæ in bello aliquando eniteret, vid. *Cic. L. II. Q. T. p. 1070. Ath. L. IV. p. 181. Ubbo Emmius in de- script. de Rep. & Leg. Cret. p. 61.*

§. IX. Quare *Cretensum Pyrrhiche* in ore ac sermone omnium esse cœpit, nec cum *Troja* ludo equestri, cui pueri nobili loco nati, armorumque tractandorum imperiti interfuerunt, confundi, sed cum decursione caltrensi comparari debet. Hoc exercitium moderabatur vir aliquis magna autoritate præditus, & Magister, monitor custosq; nominabatur. Vid. *Ros. Antiq. A. L. V. C. XXV. p. 495. & seqq. Ath. deip. L. XIV. p. 621. ed. Lug. MDCXII. Cl. Claud. de VI. Conf. Hon. p. 429. & seq.*

§. X. *Creticus* iane populus plenus fuit Martiorum pullo- rum, magnos finxit Heroes, ordine equestri excellit, agit-

tas

τοξινὸς καὶ λαμ. non admirationi minùs, quàm terrori
foret. Pindarus Cretenses vocavit Pyth. 4. τοξοφόρος &
ab iisdem כרתים Bochartus derivat, ceu egregios artis hujus
imitatores & instauratores. V. Lucan. L. 3. & L. VII. Catull.
in Ciri. Max. Tyr. serm. VII. Strabon. L. X. Pompon. Mel. L. II.
Cedrenum, Zonaram Annal. Græc. Justinianum Hist. Ven. L. II.
34. & seq. Sabell. L. II, & ex his Jo. Jac. Hof. in Lex. univers.
Tom. I.

§. XI. Nec minùs in studiis humanitatis atque literarum
Cretenses sunt versati. Cicero licet non Poeta fuerit, teste Se-
neca; artem tamen calluit poëticam, pedemque Creticum:
cum pæone diviso contulit. Vid. Orat. L. III. p. 124. & Dio-
medes Grammat. de dactylo pede & de Cretico pede.

§. XII. Quo pacto Cretensis reip. laus universum terrarum
orbem peragravit, juraque summæ potestatis divisim exer-
cuit, ac statum popularem optimatum auctoritate tempe-
ravit, nec non Cosmi belli magis, quàm pacis tempore value-
runt, & Juvenes optimè de legibus sentire debuerunt. Leg.
Ptol. Geog. L. III. p. 58. V. Emmius p. 68. Nec rei domesticæ cu-
ram neglexerunt, sed convivia honeste ornarunt & appara-
runt, juventutique necessaria munera imposuerunt. vid. Ath.
L. IV. p. 143. Vb. Emmius p. 143.

§. XIII. Iniquus proinde Censor est Clariss. Geographus
Cluv. qui Cretenses semper pessimos extitisse scribit vid. ejus
Introduct. in Geog. Univers. L. IV. c. XII. p. 131. 132. Nos sacrarum
literarum memores, judiciiq; Polybiani patientes, majore à
posteris, quos Saraceni afflixerunt, & Turcæ debellarunt, di-
stinguimus, nec raptum amoris mirabilè excusamus, & Platonem,

nem,

nem, Virgii. LIB. A. V. C. I. 52). *Virg. Georg. L. VII. p. 411.* consulimus, qui hic loci Venerem masculam dominantem averlati sint & alia vitia vehementer castigarunt, ne res majoris momenti neglexisse, & plures controversias in majus parvæ chartæ spatium duxisse videamur. *Conf. Strab. L. X. T. II. p. 64. Cic. Quæst. Tusc. L. II. p. 1070. Paus. Lacon. S. L. III. p. 161.*

§. XIV. Eruditi quippe situ fluminis *Oaxis*, anguntur, ac mox in Insula nostra, mox in *scythiam* orientalem illud reponunt. Posteriori regioni magnus *Salmasius* vindicat *Oaxem*, & eum *Oaxum* atque *Oxum* dici existimat. Et *servius* idem se in *Mesopotamia* invenisse sperat, ab albescentique limo nomen ejus derivat. Nos quibus modestia supremam legem fixit, à Viris tantis dissentimus, nec inani prorsus conjectura judicamus, fluvium hunc cum urbe *Cretensi* esse cognominem. Quam in sententiam legatur *Apollonius Argon. I. v. 1131.* ubi schemate Poetis familiari meminit *γᾶινσ οἰαῖδ*. Addat. *Herodotus*, qui IV. *Oaxum urbem* in *Creta* regiam allegat. Tantum abest, ut nos ab hac opinione dimoveri patiamur, ut potius cum *Virgilio* in errore versari nobis laudi ducamus. *Ecl. I. v. 66.*

Pars scythiam & rapidum Creta veniemus Oaxem,
cum Plin. juniore precamur: ut posteri quoque aut errent
similiter, aut judicent. L. VII. Ep. p. 495. vid. *Carol. Ruæu.*
in Virg. p. 8. & Jo. Jac. Hofmanni Lexicon universale.

§. XV. Illos contra sermone congressuque exclusos cupimus, qui *Asium* c. XXVII. comm. 13. nimium obnoxii *Asium* non magno intervallo à *Creta* disjungunt, urbemque *Asiae* hic transferunt; vel præpositionis ablentis poeticæque dictio.

ditionis curam non habent, neque castigatam lectionem animo & cogitatione pertractant.

§. XVI. Celeberrimæ Reip. exitium discordia, commercia Piratarum *Cilicum* & bellum *Romanum* nec non luxus auerunt. V. *Vbbo Emmius* p. 80.

§. XVII. Cum autem in hac Insula, vineæ olim institutæ fuerint, & *Hispani* hodiè vinum *Malvaticum* exportent, testibus *Sclin.* c. XVII. *Larga vitis, mira soli indulgentia*, & in *Phar. Geog. Bornmeistero* p. 26. ego in hanc opinionem quosdam adductos fuisse existimavero, quod *Horatius* notâ *cressâ* vini *Malvatici* svavitatem expresserit.

§. XIX. Quam ob causam operæ me pretium facturum esse confido, si, præteritis Auctorum nominibus, dissensionem inseram, & copiosius evolvam.

§. XIX. Ut autem tela nostra felicius procedat, de *Horatii Od. XXXVI.* ejusque sine pauca attinet præfari. V. L. C.

§. XX. Poëta pro *Pomponii Numidæ* felici reditu ex *Hispania* vota precesque Diis nuncupavit, & amicitiam à primis annis cum eo in vitam sanctissimè coluit, mutuisque officiis sustentavit. Hinc voti reus tentat omnia & molitur, quæ ad tantum hospitem bene excipiendum facere possunt, ac pro ea, qua erat, rerum divinarum scientia, aras fumare jubet, Diis debitas acturus gratias, mensamque exquisitissimis epulis extructurus. Solemnia atque iusta diei lætitiis dividebantur, genioque serviebant:

Cressa nec careat pulcra dies notâ,
Neu promptæ modus amphoræ,
Neu morem in salium sit requies pedum!

B

§. XXI.

§. XXI. Nos ad metam contententes verum primum
breui explicatione illustrabimus.

§. XXII. Diem certum finitumque genere muliebri ef-
ferri præcipit *Nonius*, & exemplis instructus est. Sed regula
hæc nondum perpetuitatem adeptæ est, nec vel Poetarum,
vel Oratorum consensu conspirante & penè conflato se tueri
potest. Nec illorum satis firma est cautio & provisio; qui
dicunt, *Ciceronem* certum diem aut virili, aut muliebri ge-
nere, incertum verò genere virili tantum pronuntiare. Licet
enim prius Rhetoris respondeat orationi, posterius tamen
nondum exploratum habere licuit, ipsiusque *Cic.* auctori-
tate conveli potest. *Carmen reprehendere, inquit ille, quod
multa dies coercuit, ad Pison.* Poetæ arbitrio suo agunt, quum
festos dies describunt, *Horatius* autem pulcræ diei men-
tionem injicit. V. *Pet. Gualt. Chabot.* in nostram Od. p. 155.

§. XXIII. Quamvis *Thracæ* infelicem terram,
possederint, nec in veteratam barbariem aliorum moribus
disciplinaque coercuerint ac extinxerint, multa tamen per
aptas ceremonias fecerunt ac excogitarunt. Quos primos
fuisse constat, qui dies faustos niveis lapillis, infelices autem
atris signarunt. Id quod argumento *Plinii Senioris* tenemus.
Vana inquit mortalitas, & ad circumscribendum seipsam in-
geniosa computat more *Thraciæ* gentis: quæ calculos co-
lore distinctos pro experimento cujusque diei in urnam,
condit, ac supremo die separatos dinumerat, atque ita de-
quoque pronuntiat. Quid; quòd iste calculi candore il-
lo laudatus dies originem mali habuit? quam multos affli-
xere accepta imperia? quam multos bona perdidit,
re,

re, & ultimis merere supplicis? ita nimirum bona, itcu,
inter illa hora in gaudio fuit. Ita profecto est, alius de,
alio iudicat dies, & tan en supremus de omnibus: ideo,
que nullis credendum est. Quid? quod bona malis pa-
ria non sunt, etiam pari numero, nec lætitia ullo minimo,
mœrore pensanda. Heu vana & imprudens diligentia: nu-
merus dierum comparatur, ubi quæritur pondus. Vid. L. VII.
c. XL. p. 116. ed. Lugd.

§. XXIV. Ea de re hæsitamus atque sæpius nos re-
vocamus, ac si *Thraces* hunc ritum ex *Pythagorica* schola
hauserint: ubi album felicitatis, nigrum vero cal-
mitatis argumentum constituit? quorsum alias referri solent vers.
Ovid. Met. L. XV.

*His damnare reos, illis absolvere culpa,
Tunc quoque sic lata est sententia tristis & omnis
Calculus immitem dimittitur ater in urnam:*

*Quæ simul effudit numerandos versa lapillos,
Omnibus à nigro color est mutatus in album.*

§. XXV. Non tamen *Græci* ad pudendum inducti sunt,
quò minùs ritum hunc ab hoc mutuarentur populo.

§. XXVI. Quare aliis non auctoritas adferri debet &
fides, qui consuetudinis inventores nimium æstimant, lo-
cumque *Horatii* vitio inquinatum esse contendunt, ac pro
Cressa, scribunt *Thressa nota*.

§. XXVII. *Cressa*, enim nota est terra alba seu creta,
quam hæc Insula suppeditat, & cum Poeta nostro *Acro Por-*
phyrioque faciunt. *Cic. pro Flacc. Hæc quæ est à nobis pro-*
lata laudatio, obsignata erat creta illa Asiatica, qua utuntur

privatis necis. Conj. Dionysj. Lamoni Hor-
rat. emendatum p. 108. Nec necesse habemus de albis Creta
montibus dicere: quorum cacumina semper perferunt
vim hyemalem, nec solis radiis calefiunt: nec unquam ex-
imuntur è nivibus: Εν κρήτη γῆν Φασὶν ἐν τοῖς Ἰδιαίοις
ὄρεσιν καὶ ἐν τοῖς λευκοῖς καλεσμένοις ἐπὶ τῶν ἀκρῶν, οὐ-
περ ὀδέποτε ἐπιλείπει χιῶν, κυπάριτον εἶναι. Theoph. L.
IV. c. 1. Hist. Plant.

§. XXVIII. Similem antiquitatis memoriam colle-
git Glossarium; ubi Ægyptium est Φαγόν, & αἰγυπτιώσας
idem ac μελόνας, nigrum reddere.

§. XXIX. Quem calculis dies signandi morem alii
Poetæ ludendo quasi perstrinxerunt. Ita Catullus ad Les-
biam CVIII. p. 374.

O lucem dignam candidiore nota!

Ad Mallium LXIX. p. 315. p. 320.

*Quare illud satis est, si nobis id datur unis,
Quo lapide illa diem candidiore notet.*

Perfius :

*Hunc Macrine diem numera meliore lapillo,
Qui tibi labentes apponit candidus annos.*

Martialis. Lib. XII. Epigram. III.

*Et si calculus omnis huc & illuc
Diversus bicolorque digeratur,
Vincet candida turba nigriorem.*

Idem alibi:

Hanc lucem lactea gemma notet.

Tibull. L. I. p. 443.

At tu natalis multos celebrande per annos,

Can.

Candidior semper candidiorque veni!

Id. in III.

O niveam, quæ te poterit mihi reddere lucem!

Alibi *Catullus* ita scribit:

Fulsere verè candidi Tibi soles.

& *Horat.*

Hunc sine solem tam nigrum esse mihi &c. à *Propert.* L. II. *nox candida* & à *Tibullo candida aurora* dicitur. Quibus accinit *Plinius junior* L. VI. Ep. II. p. 415. scribens: *O diem lætum notanæumque mihi candidissimo calculo!*

§. XXX. Apud alias verò gentes *Spolenta* sparsa seu creta in metanda urbe vias, in *circis victoriæ* metam seu calcem significavit.

§. XXXI. Ex his dictis facile apparet, & extat, nos ab aliis facere divortium, qui per *notam Cressam* nihil aliud intelligunt, quàm optimam *Vini speciem*; nostrum est illorum argumenta jam expendere & momentis suis ponderare.

§. XXXII. Qui non persuadere, sed argutè convincere errores solent, maximam probandi vim in parallelismo s. sacro s. profano, collocare volunt. Hinc vires nostras tentabimus ac periclitabimur, ne *sat. 1. L. 1.* sententiæ nostræ repugnet; ubi versus talis se primùm offert:

Vt chio nota Si commista Falerni est.

§. XXXIII. Sed locus hic non respondet accuratè nostro,

B 3

& dis-

& dissentientium haud quaquam suscipit patrocinium. Dici enim deberet, *nota Cresfi*; uti *nota Falerni*; nec idonei nobis suppetunt auctores, *notas Falernas aut Lesbias pro Vino Falerno*, aut *Lesbio* sumentes.

§. XXXIV. Neque praesidio nos nudat Cicero: *Si quis Falerno vino, inquit, delectetur. Sed eo nec ita novo, ut proximis Consulibus natum velit: nec rursus ita vetere, ut Optimum aut Anicium consulem quærat. Atqui eæ sunt notæ optime.* Vid. ejus Clar. Orat. i. Brut. p. 149. 83. Notæ enim à Romanis vinis appositæ significarunt terram vitibus confitam, ubi vina optima nata, collecta & facta sunt, annumque aperuerunt, quo Consul Romanus Remp. administravit, omnesque res gestas nomine illustriores suo reddidit. Hinc nata est formula loquendi: *aliquem de meliori nota commendare.*

§. XXXV. Nec Clementis Alexandrini auctoritas nobis in vini Cretici laudibus occupati obstat. Θάσιος τε γὰρ καὶ ὁ εὐώδης Λέσβιος καὶ Κρής τις γλυκύς καὶ Συρακῆσιος ἡδύς καὶ Μενδήσιός τις Αἰγύπτου, καὶ ὀνησιώτης Νάξιος καὶ ἀνθοσμίας τις ἄλλῃ τῆς Ἰταλῶν γῆς· πολλὰ ταῦτα ὀνόματα σωφρονισμότη ὄντος εἰς, ἐνὸς γεώργιον Θεῶ. Vid. Pædag. L. II. p. 156. & 157. edit. Colon.

§. XXXVI. Cùm enim Horatius longo temporis spatio reliquerit Eximium Christianæ Gentis Doctorem, meritò dubitatio nobis accidit, an Poetæ nostri ætate vinum Creticum celebratum fuerit & penes Lectorem benevolum iudicandi potestatem esse volumus; an hinc statim robur aliquod

quod accedat contraria sententia? Nobis vero ad prop-
quiora Romanorum vinis Creticis delectantium tempora
rectissime respicere videtur Magnif. Dn. G. C. KIRCHMA-
JERUS, Patronus Præceptor Studiorumque meorum Pro-
morum ætatem Colendus, in dissert. elegantiss. de *Heroum*
Conviviis Cœnisque Principalibus §. XV. p. 16.

§ XXXVII. Nec cum Horatio Tibullus conspirare videtur:
Vina diem celebrent, neu festa luce madere

Sit rubor, errantes & malè ferre pedes.

Vid. ejus Lib. II. p. 467. & les oeuvres d' Horace traduites
en François avec des notes & des remarques par M. Dacier
Tom. II. p. 72. & seqq.

§. XXXVIII. Quamvis alii artem factitârint, vina in album
colorem transferendi, Palladiusque eam edoceat: *In album*
colorem vina fusca mutari asserunt, si ex faba lomentum fa-
ctum vino quis adjiciat, vel ovorum trium lagenæ infundat al-
borem, diuq; commoveat, sequenti die candidum reperiri, quod
si ex Afra pisa lomentum adjiciatur, eâdem die posse mutari.
Vitibus quoque banc esse naturam, ut alba vel nigra si redigan-
tur in cinerem, vinoque adjiciantur, ei unamquamque formam
sui coloris imponere, ut ex nigra fuscum, candidum verò ex al-
ba reddatur; attamen non temerè affirmarem, Thraces in-
idem incubuisse studium, qui more Barbaris usitato ebrieta-
tem appetierunt.

§. XXXIX. Nam de Scythis refert Maximus Tyrius: *Εν*
δέ τι ὄμμα Σκυθῶν γένε' πίνουσι μὲν ὕδωρ, ἐπειδὴν δὲ αὐ-
τοῖς δεῖ τῆς κατὰ μέθην ἡδονῆς, νήσαντες πυρὰν καίον-
τες εὐώδεις βοτάνας περικαθίσαντες ἐν κύκλῳ τῆς πυρᾶς
ὥσπερ

21
770
573
ὡσπερ κρατῆρ (Θ) εὐωχῶνται τῆς οἰμῆς καὶ ἄπερ οἱ ἄλλοι
τῶ ποτῶ καὶ μεθύσκονται γὰρ ὑπ' αὐτῆς καὶ ἀναπνῶσι,
καὶ ἄδουσι καὶ ὄρχονται. *Scytharum natio est, ut reor, una,
quæ quum aqua utatur ad potum, si quando tamen ebrietatis
voluptatem requirat, construit pyram, in quam coniectis odo-
riferis herbis ea circumfidet corona, cujus odorem veluti cra-
teris haurientes, haud secus, quàm alii epoto vino in ebrieta-
tem vertuntur: quam ob causam saliant, canunt, saltantque.*
De Massagetis idem memorat Herodotus L. I. 3. Ab illis et-
iam inventas esse dicitur arbores talem fructum ferentes, qui
jactus ab illis in ignem, quem turmatim collecti accenderint,
odore suo eos circumquaq; confidentes perinde inebriat, ut vi-
num Græcos, & eò vehementius, quò plus ejus fructus fuerit
injectum, donec ad tripudiandum cantandumque consurgant.
In horum populorum societatem quoque Thracæ venisse probat
Meimbom. in Comment. de Cerevis. C. xxvi.

§. XL. Hæc nos tecum B. L. transigimus, quæ sæpè
nobiscum, ut desinamus nobiscum, si dissenties tu; quan-
quàm non dissenties, cui veritas sufficit. Quare

hic finem & terminum dissertationi constituimus,

Deo sic grati animi significationem
edituri!

S. D. G.



770

107

Q. 367, 6 ^{bb}

NO

M. ST

JO. CH



Liter



m. I, 426

benfium

SSA

DREA

X 1904077



FF TIVS,

VII.



ypogr.

117-



Kodak LICENSED PRODUCT

© The Tiffen Company, 2000

KODAK Color Control Patches

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

